



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiæ Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Conivgio Sacerdotum, & coelibatu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

8 Maria habuit perfectissime aureolam uirginitatis.

9 Maria est super omnes choros angelorum. 10 Puritas hæc fuit beatæ uirginis, quod à peccato originali & actuali fuit immunis.

Reliquiæ sanctorum uel diuina uerba, licite portantur suspenſa ad collum, si portentur ex fiducia Dei & sanctorum, quoniam sunt reliquie

102. a.
103. b.

DE CONIVGIO SACERDOTUM, & COELIBATU.

Coniugium sacerdotum suspensione officij puniri debet.

Dicere matrimonium omni statui, etiam sacerdotali esse præceptum, ad uitandum fornicationem, est doctrina Asmodei.

Coniugia sacerdotum seruiunt ad ignominiam & infamiam status sacerdotalis, & Romani imperij.

Nullum extrat præceptum scripturæ, quod præcipit sacerdotibus uxores ducere.

Matrimonia sacerdotum illicita sunt, & contracta solui debent.

Ideo sacerdotes non debent contrahere matrimonium, quia coelibatus mundities est,

Coelibatus meretur remissionem peccatorum, & reconciliationem.

In

DOCTRINA SCHOLAST.

J. In ueteri Testamento, sacerdotes tempore ministerij abstinuerunt se ab uxoribus, ergo sacerdotes noui Testamenti se abstinere debent, & quia noui Testamenti sacerdotes semper orare debent, igitur semper continere debent.

Continere uerè est homini possibile.

A. Status uirginitatis est supra statum conjugalem, & illo non est melior supra terram.

50. Cœlibatus est angelicum uitæ genus, gratissimum Deo sacrificium, quod meretur remissionem peccatorum, meretur aureolas, fert centesimum fructum, & alia infinita.

Coniugium sacerdotum mortis supplicio puniendum est.

Lex de perpetuo sacerdotum cœlibatu, diuinitus reuelata est.

Scriptum est: Mundamini, qui fertis uasa domini: ergo mundi debent esse sacerdotes: mundi autem esse non possunt, quando ducunt uxores &c.

Coniugium sacerdotum est hæresis Iouiniani: Votum castitatis etiam ante pubertatem emissum ligat.

Statutum de cōtinentia clericorum fecit Ecclesia, quia potuit, quia licuit, quia decuit, quia expediens fuit, & Latini tale statutum libenter super se receperunt, sed Græci dederunt tergum, nec in tam nobile statutum consenserunt, ideo ablatum est ab eis regnum &c.

DE CONIVGIO SACER. 183

Virginitas ultra cōiugalem castitatem addit perfectionis statū, & differre videntur, sicut uirginitas imperfecta & perfecta.

Actus uirginitatis est, abstinere à concubitu propter deum, hoc est, illo modo, quo deus uult abstinere talem. Vult autē deus eo modo, quo recta ratio dicitur.

In aliqua nesciente, inuita & furiosa, & si uiolaretur, manet uirginitas, quia non tam in carne est, quam mente.

Virginitas perfecta semper maioris est meriti, quam imperfecta.

Virgo uiolenter oppressa, potest tamē aure olam nō amittere: unde dixit Lucia: Si inuitam me corrueris, merces mihi duplicabitur &c.

Virginibus debetur fructus centesimus, & hoc quia cœlestem uitam ducūt, quę significantur per centum, quia numerus ille de læua transit ad dexteram. Vnde uersus:

Virgineæ dabitur centesimus integritati.

Virginitas non requiritur in ordinandis, quia consecrantur in ministros, non in sponso.

Si Adam non peccasset, uirginitas non esset perfectior cōtinentia cōiugali, sed quia peccauit: igitur uirginitas est cōtinentia cōiugali perfectior. Virgines nō uiduę uel cōiugate gerūt figuram Ecclesię Christo desponsatę.

Virginitas obstricta uoto non potest amitti sine peccato mortali.

2

DOCTRINA SCHOLAST.

Virgines melius possunt seruire deo, quàm coniugatae: Item, seruitus virginum acceptior est Deo, quàm seruitus coniugarum.

Virginitas laudatur octupliciter: quia carnis munditiam conseruat, animam decorat, & ornat, angelis coeli assimilat, Christo desponsat, Deo adiungit, & adproximat. Ceteris statibus præponderat, odorem bonæ famæ spirat, adnuptias æternas inuitat.

Castitas coniugalis nõ est uirtus specialis supra castitatem, quia non habet laudem, nisi abstinentiæ ab illicitis delectationibus, nec castitas uidualis, quia non est perfecta.

Castitati attribuitur quidem decor, sed uirginitati excellentissima pulchritudo.

DE SCRIPTIS PATRUM.

Impium est dicere, Patres errasse:

Falsum est, quicquid superstitiosum esse apud Patres.

Quicquid scribunt patres, piè credendū est.

Patres sic dixerunt, ergo credendum est.

Non est plus credendum simplici laico, etiã si scripturam alleger, quàm patribus.

Quatuor doctores Ecclesiæ, quando discor-
dant, tunc in disputationibus subtilibus & qua-
estionibus præfertur Augustinus, in translatio-
nibus